


Q.K. 517.16

CARMINA GRATVULATORIA
IN HONOREM
ORNATISSIMI, DOCTISSIMI QVE
ADOLESCENTIS IOANNIS SEITZII
VVidernensis: cum ei in inclyta Academia, Argento-
ratensium, Decanatum, Medicinæ & Philosophiæ Do-
ctore, D. Ioanne Ludouico Hauuenreutero gerente,
summus philosophiæ Gradus V. Calend. Aprilis,
Anno M. D. XXCVII.
tribueretur.

SCRIPTA AB AMICIS.



ARGENTORATI
Excudebat Antonius Bertramus,
cl. 1o. xxvii.





Ynthius Eoo cum sese tollet ab orbe,
Bisq; ter Hesperio littore condet equos:
Donat tibi Phœbus tribuet titulumq; Magistris:
Inter honoratos constituetq; viros.

Cur ita? Pierijs quoniam constanter in hortis,
Te iuuuit studys inuigilasse bonis.
Qualia dona refer? decorabit mitra capillos:
Annulus ast digitos: corpora picta chlamys.
Cerea præterea rutilanti lumine lampas,
Lucebit claru templa per ampla DEI.
Ipse pater Phœbus tibi docta volumina tradat;
Quæmodo sidereo protulit ore puer.
Quid sibi mitra volet? quid, qui premet annulus arcta
Orbe tuos digitos? quid sibi picta chlamys?
Quid sibi, quam, dueri præeuntes, lampada gestant?
Quid quæ doctilo quis sunt perarata libris?
Ieiunam monstrant amethystina tegmina vitam:
Laudataq; notant sobrietatis opes.
Aureus articulos pulchro terit annulus orbe:
Aonio signans præmia digna choro.
Indueris chlamydem generosi militis instar,
Obuius ut clariis hostibus ire quæas.
Nocturnos fragi ans præbet tibi cereus ignes:
Ut studio Musas feruidiore colas.
Deniq; recluso prohibetur codice: scripta
Ne linquas longo pueruienta situ.
Ergo quæ dantur memori capemunera mente:
Dignaq; n uneribus gaudia corde foue.
Sic Phœbeus honos felici tramite cedet:
Hisq; feres donis mox meliora. Vale.

Christophorus Kirchnerus
Schmalkaldensis.

A 2 ALIVD.

ALIVD.

I Am quoq; fers aditi mecum monumenta laboris,
O mea mens, SEITZI deliciumq; meum.
Et quam sit lerido superata molestia tergo,
Redderis exemplo certior ipse tuo.
Perge: tibi studiisq; tuis arrideat æther:
Quemq; paras, patriæ te sinat esse virum.
Iustus Meierus Nouiomagns.

ALIVD.

TransIge felICes saLVVs felICIter annos,
Cæptaq; Ve fortVnet DeVs ôt lbII lane secVnDa.
Petrus Prem Ienensis.

ALIVD.

E Loquar? an sileam? quos nunc decernit honores,
Lux hæc effulgens, dulcis amice tibi.
Non dedit ingenium: non labra rigauit Apollo,
Carmina pro meritis, ut tibi ferre queam.
Est decus hoc magnum, multâ quod laude parasti,
Est hic Maenio carmine dignus honos.
Sed mihi, Parnassi nunquam versatus in umbra,
Difficilem tribuit Calliopeia sonum.
Nostra tamen stricto, iunxit qui pectora vinclo,
Me vocat in calamos, non violandus amor:
Atq; iubet tenui tibi nunc applaudere versu,
Lætitiaq; simul signa referre mee:
Ergo, Pierios animo tibi grator honores,
Quos capis ex studiis, præmia dignatus.

His



His latare bonis; his multos utere in annos
Egregia Aonij, spes tibi IANE chori.
Hoc precor & opto, rigidâ sint scripta Camæna
Metra licet: fidamente profecta tamen.
Benedictus Moser Carinthius.

ALIV D.

Quid iuuat immensos studijs tribuisse labores?
Tempora quid Musis multa dedisse iuuat?
Quid toties noctem studijs iunxisse diei?
Quid sumnos oculis præripuisse leues?
Scilicet has referunt grates hæc præmia Musæ,
Quæ confert SEVCI lux hodierna tibi:
Hinc digitus rutilo splendet circundatus auro:
Hinc caput exornat grata tiara tuum:
Hincq; nouos titulos, & nomina clara Magistri,
Nomina quæ nunquam sunt peritura refers.
Gaudet phœbe: nouem pariter gaudete sorores:
Et lata dulces mittite voce sonos:
Ecce nouus miles, vestros qui saus in hostes
Sæpius irrumpet, barbariemq; premet.
Tu quoq; fac mæstas procul omnes pectore curas
Pellas, & partis ritè fruare bonis.
Quod superest, reliquis tibi qui gratantur amicis,
Corde hæc ardenti iungere vota volo:
Ut tibi quos phœbus meritos decernit honores,
Quæq; labore tenes præmia parta tuo.
Ad Domini cedant laudemq; decusq; tonantis,
Atq; tibi & patriæ commoda mille ferant.

Christophorus Grundnerus
Villacensis.

A 3 ALIV D.

ALIVD.

Sic decet ô Seitz! doctas formare per artes
Mentem: ac ingenium sic coluisse sat est.
Aonij ut valeas culmen concenderemontis,
Et Parnassiaco fonte leuare sitim.
Ergò tibi referunt grat& sua præmia Musæ
Quæ meruit virtus, ingeniumq; tuu n.
Iamq; graues titulos, tibi magnaij nomina donant
Quæ Regale ferè pondus habere solent.
Nomina clara ferunt, & splendida signa Magistri
Ut tua per terras fama perennis eat.
Hæc est illn dies longos optata per annos
Quæ tibi per petuum nomen in orbe parit.
Sic placuisse tuo poteris, Charissime, patri
Ioannes Clarij clara corona choi.
Laudem præciaram patria& sic semper habebis
Quæ tibi non paucos optat habere pares.
Ergò tibi Seitz! tantum quem carpis honorem
Grator: & ex animo prospera quæq; precor.
Quod super est: placida quæ tradimus accipe fronte,
Impariter iunctis condita verba modis,
Cum mihi se faciles prestabunt carmine Musæ,
Crescit & ingenium, tum meliora dabo.
Et ne tam spectes oblatum munus amice,
Quam mentem quate prosequor ipse. Vale.

Gasparus Radt Laubacensis
Vuetterauius Solmeius.

ALIVD.



ALIVD.

I Am patet excelsō celeberrima culrīne turrīs:

Quo non est toto maius in orbe decus.

Argentina tuos non despectura labores,

Quæq; tuum dulci pignore sifit iter.

Eheu quanta tulit quoties sudauit & alsit

Pythia qui docte suauiter ore canit.

Heu quoties vigil his longas traducere noctes

Consuevit clarum qui parat arte decus?

Heu quoties vidit versari in mille periclis?

Plura & sexcentis verbera sustinuit?

Totq; mala est passus quot in æthere sydera lucent

Quicung; est meritò præmia laudis habet.

Non te luxuries non turpis inertia fregit:

Cura tibi studijs incubuisse fuit:

Ac verum ut fatear non hæc tibi gloria sumno + hac

Peruenit, est studijs non aliunde venit.

Iam pater Astripotens tibi munera iusta rependit,

Præmia pro magno magna labore capis

Iam tibi perpetuos studiorum carpis honores:

Carpis & ingenij dona beata tui.

Ergo tibi meritò nunc grator amicus amice:

Et votis adsint, prospera cuncta precor

Et precor ut tanto maior tibi gloria surgat,

Quò magis ingenio niteris usq; tuo.

Ioannes Lebkücherus
VVimpinensis.

FINIS

AKTEN 1191

ALIEN

I

M

EINS

AVANTURIE
TOONCE FERDINANDUS

Farbkarte #13


B.I.G.
Inches
Centimetres



Q.K. 517, 16.

CARMINA GRATVATORIA
IN HONOREM
ORNATISSIMI, DOCTISSIMI QVE
ADOLESCENTIS IOANNIS SEITZII
VVidernensis: cum ei in inclyta Academia, Argento-
ratensium, Decanatum, Medicinæ & Philosophiæ Do-
ctore, D. Ioanne Ludouico Hauuenreutero gerente,
summus philosophiæ Gradus V. Calend. Aprilis,
Anno M. D. XXCVII.
tribueretur.

SCRIPTA AB AMICIS.



ARGENTORATI
Excudebat Antonius Bertramus,
c. 15. Id. XXCVII.



II n
7791

X 2005928